...vtilon ...
...st vi ...
...dispe ...
...st/nd ...
...alis ...

cordia volo et no sacrificiu:
nunq; codemnassetis inno/
centes. Dns est em fili⁹ hois
etiam sabbati. Et cum inde
transisset venit in synagogam
eorum. Et ecce homo manu ha
bens aridam: et interrogabant
eum dicentes: Si licet sabba/
tis curare/ vt accusarent eum.
Ipse aute dixit illis: Quis
erit ex vobis homo qui ha/
beat ouem vnam: et si cecide/
rit hec sabbatis in foueam:
nonne tenebit et leuabit eam:
Quato magis melior est ho/
mo oue. Itaq; licet sabbatis
benefacere. Tunc ait homi/
ni: Extende manum tuam.

...vrget/ excusabilis ...
...tione/ laudabilis ...
...ria. Ubi nihil hor...
...tio. Sensus q littera...
non rephenduntur...
trasgressione man...
ti pter necessitate...
sic nec apostoli debe...
rephendi. Super me...
sam em ppositionis p...
nebant duodecim pa...
nes et aliis substituti...
tollebantur: Numer...
xxviij. a. Leuit. xxiij...
b. Et qn dauid come...
dit erat dies neome...
nie. l Aut no le...
gistis. Secuda exc...
satio: k In lege...
Numeri. xxviij. d. L...
uitic. xxiij. a. l Qui...
sabbatis sacerdo...
tes in templo sab...
batum violat. i. n...
obseruat: ita q viola...
re videt: m Et ...
ne crimine sunt/ ...
faciedo. n Dico a...
te vobis: q tem...
plo maior est hi...

...d est in loco illo: q iesus christus q erat dns templi. o ...
aut sciretis. Tertia excusatio p misericordie pelectione...
p Quid est. i. quid significet hac auctoritate: q Mi...
sericordia volo et no sacrificiu. Osee. vj. c. s. lx. b. Eu...
tes aute discite quid est misericordia volo et non sacrificiu...
r Nunq; codemnassetis innocetes. i. apostolos. Bed...
Marci. ij. d. Sabbatu ppter homine factu est: et non ho...
ppter sabbatu: ideo maior cura adhibenda est saluti homi...
q custodie sabbati. Sic em mandatu est sabbatu custodi...
vt si necessitas esset non fieret reus qui solueret: hodie si q...
eger corruperit ieiuniu no tenet reus. s Dns em filiu...
est homis etia sabbati. Quarta excusatio p dni dispe...

ho no solum vt in eu credatis: sed vt etiam pro ipso patian...
ni. In testimoniu illis: in suam damnatione k...
gentibus: ad eorum vtilitatem: vt inde electi exempli...
piant/ vnde peruersi sine excusatione pereant. Beda. De...
testimonium sunt illis gentibus de peruersitate. Iudeoru...
et de correctione gentium. Eos quippe iustorum boni...
adiutorium est malis in testimonium: vt inde peruersi...


...terre repit: et nos adheremus terrenis voluntate et opere.
Adhesit pauimento anima mea. Item puluerem terre
...Esa. lxv. d. Serpenti puluis panis eius. Ps. Inimici
terram lingent. Item auibus insidiatur: sicut malus bo
predicatoribus. Threni. j. e. Expandit rete pedibus meis:
...it me retrorsum. Item multum timet spurium bonu...
...ni: sic mali verba boni hominis sobrii. Eccl. xxviij. b.

Naczki przyp.

1886. II. 14.

Łowicz Szymon autor
r. 1532

Enchiridion Phisiog-
nomiae cõpẽdiosũ: cũ figuris facierũ.



Spectabili: ac egregio viro petro Vedelitio Obornicen. Artium ac medicine doctori, et in eadem lectori ordinario. Senatori Cracouien. Phisico Sacrae Regiae Maiestatis Simon a Lowitz/ Artiũ ingenuarũ Magister S.D.

Quanta sit Mecoenas ornatissime vtilitas, et excellẽtia Physiognomiae: illō pcipue nos admonet. Pythagoricos ex lineamẽtis corpꝫ humanoꝝ, mores hominũ deprehendere, ac plerũqꝫ quod cuiqꝫ euenturũ esset, predicere solitos fuisse. Nã de Socrate qd fertur: quem cum quidam, ex Physiognomia descripsisset, ac hominum omniũ qui viuunt impurissimũ ac plane perditum libidine dixisset, ob idqꝫ a discipulis eius, tanqꝫ flagitiose mentitus reprehenderetur, respōdit Socrates/ haec omnino ita sibi naturaliter inesse, verũ se naturae vicia, ratiōis norma correxisse. Eaqꝫ quae a natura nobis insunt cō suetudine emendari, et contra ipsum quodãmodo fatũ, obluctari hominẽ posse, hinc est quod apud Romanos illos priscos, maxima in veneratiōe fuerant diuinatores, ita vt peculiare collegium haberent: et merito, intelligebãt enim, magnum et preclarum esse, id quod futurũ esset, multo ante preuidere. Atqꝫ vt ceteras diuinatiōis species omittã: qd prestabilius est: quã ex vultus, totiusqꝫ corpꝫs filo, mores ac naturas, cum seruorũ, cum amicorũ cognoscere, hominẽqꝫ totum interiorem extra perspicere? Hinc apd Tulliũ in libro de diuinatiōe legit. de Aruspice Spurina, qui Julio cesari mortem praedixit. Anima enĩ nostra (vt Academici. ac Peripatetici philosophi testant) habitũ corpis sequitur. Quod Plato ille diuinus similitudine explicans: homo: inquit: qui membra similia habet alicui animali, illius sequitur naturam, vt qui nasum habet aquilinum, hic

moribus aquilinis vtetur, nimirū, magnanimitate, crudelitate, rapacitate. Et Comentator primo de anima inquit. Diuersitas animarum facit membrorū diuersitatē. Quod sic enuclear. Mēbra Leonis a membris cerui non differūt nisi propter animæ diuersitatē, ita animæ humanæ, in diuersis membris diuersimode in suis passionibus disposite sunt, & corpa hominū diuersorū diuersimode disponuntur secundū diuersas dispositiōes animarū. Nam si in brutis virtus multis declaratur indicijs, quanto magis in nobilissimo animali homine scilicet. Tametsi cum homo sit animal politicum, & habeat intellectū agibilem, & separatum a passionibus corp̄is, potest vitia & fata superare: vt existimat philosophus j. Politi. Anima: inquiens: naturaliter dominatur corpori, sicut dominus seruo. & j. Ethico. Nos sumus domini nostrarū operationū. Cū ita sit nunq̄ satis laudari poterit Physiognomia. nam transacta fidelissime indicat, præsētia exacte cognoscit, futura veraciter præsagit. Quid illud, quod multū adiumenti habet, ad medicam artem ex ipsa eni vultus (vt diximus) & totius corp̄is dispositiōe, quid cuiq̄ cōueniat, quid noxiū sit cognoscim⁹. Atq̄ hac ratione ego motus, Libellum de Physiognomia tibi optie mecoenas, offero ac dedico, es eni (vt citra assentationem loquar) medicorum in hac academia nostra facile primus, cuius artis ope, magnum apud regem, & primates fauorem, & primos in hac vrbe honores assecutus es. Tum & illud me mouet, q̄ cum ceteris bonarum litterarum studiosis: tum mihi præcipue impense faueas, Quare pro tua humanitate, vt equi boniq̄ xenium hoc nostrū qualecunq̄ consulas, oro. Nā & Solonem Salaminium philosophum historie tradunt, tres versus, cū aliud nihil haberet munusculi loco, Appollini Delphico obtulisse, cuius donū magnificis muneribus, a Croeso rege opulentissimo oblatis, oraculum longe prætulit, animum piissimum ac syncerū & imortalis ingenij stabiles diuitias, fluxis ac momētaneis opibus, tāq̄ terræ glebis, anteponens. Artaxerxes q̄z Persarū rex. (vt in historijs legimus) cū sibi obequitāti, inops ac rudis agricola quidam, qui aliud nihil haberet, quod dono daret, haustam aquā e proximo flumine, vtraq̄ ma-

nu obtulisset. Ille manus periucunde accepit. & letissimo animo, non rei mensus paruitatem, sed optimam offerentis voluntatē. Ita tu quoq; mi mecoenas munus hoc exiguū, grati in te animi indicium, fronte serena, suscipere velis, etiam atq; etiam rogo. Uale dulce decus meū. Cracouiæ e contubernio Hierusalem. Anno a natali domini dei nostri. 1532.

Ad Lectorem.
Georgius Albinius.

Si quis in toto cupiet notare
Corporis filo, ratione certa.
Quis foret fati melioris ordo
Siue sinistri.
Ista non magno relegat labore
Physignōmein memoranda scripta
Unde naturas hominum valebit
Noscere rite
Quæ prius magna studuere cura
Omnibus docti studijs, ob ingens
Et decus mentis, specimenq; pulchrū
Artis honestæ.

Physiognomiae de iuditio ferendo ex aspectu frontis. Caput Primū.

NOn sum nescius: quā nihil fidem dum in frōte sit/ quæ ad quālibet statim passionem mutatur. Illud tamen obseruandum video, Plærosq; non melius digno sci quam ex fronte: adeoq; sic obtinuisse apud vulgum/ vt quosdā perfrictæ frontis, dicamus in eos, qui pudorem omnem abiecerunt. quod nullibi magis quam in fronte, & in oculis pudor ipse conspiciatur. Quod si damus: neque frustra potest esse/ quod prouerbijs celebratur/ & prophetijs palam fit: non esse præposterum, vel in conueniens/ si præceteris membris ab ipsa fronte exordiemur. Est aūt alia ratio latæ/ alia rotūdæ. Quod, quo fiat perspicatius/ breuibus rem omnem aperiemus. Frons perfricta.



Frons eleuata. Que in gyrum eleuata est, a quibusdam probatur: maxime si capiti bene respondeat. *Rotunda.* Sin autem temporũ prominentias occupet rotunditas illa, sitq; subinde depilis, indicat præstantiam ingenij, cupiditatem honoris, arrogãtiã, & quæ magnanimos omẽs consequũt. *Glabra.* Glabra & complanata cuticula, nisi intra supernam superficiem nasi, prophanum, fallacẽ, iracundumq; significat. *Caperata* Caperata, & rugis contracta, in medio tamen decliuior, vna cũ duabus optimis virtutibus, videlicet magnanimitate, & ingenio, pessimum vitium habet crudelitatem. *Prægrãdis* Prægrandis, rotunda, depilis, audacẽ & mendacem. *Oblonga.* Oblonga, cum oblonga facie, *Confusa.* mento tenui, crudelitatem & tyrannidẽ. Confusa & tumida nimia vultus pinguedine: instabilem, phlegmaticum, crassum, hebetem. Hæc summatim & sub cõpendio, quantũ ad Astrologiam, satis est.

De iuditio superciliorũ. Ca. 2.

Et supercilia ipsa in prouerbiũ abierunt, vt qui cristas erigit, volueritq; super alios efferre se, superciliosos dicat, quod nõ multũ abludit a vero. *Supcilia rubea.* Indicat enĩ reuera, si cõplicata & dura, vel rubea fuerint supercilia, hominẽ inue-

recundum, impudentem, inuidū. Alba vero, foeminiuirum, cito credulū, stolidū. Quamquam pessima omniū sint cōcreta, & quae contingūt se: notātq; maleficum, plagiariū, maleficis artibus deditum. Id quod palam ipse vidi in vetulis sagis, quae iam ad incendiū ductae, huiuscemodi praeferebant supercilia. Quibusdam titillant, videnturq; modicū subagitare se: quod similiter audacitatis, & animositatis inditiū est. Hirsutiora, simplicem: molliuscula plana, atque inuicem respondētia ex aequo sibi migrātibus pilis, contemperatam complexionem, & probum.

Alba con creta.

Hirsuta mollia & plana.

De iuditio oculorum. Ca. 3.

Similimodo & probitatem oculi, & improbitatē arguūt, vel Servatoris nostri testimonio sic in Euangelio loquentis. An quia ocu-

Mat. xx. Idem vi.



lus tuus nequam est/quia ego bonus sum? &
rursum. Si oculus tuus fuerit simplex, totum
corpus lucidũ erit. Est autem coniectura talis
Oculi bene decori: Sicubi videris quempiã benedecẽtibus oculis
præditum/atq; iis vigilantibus/apertis/luci-
dis/claris/mediocribus/ neq; rotundis admo-
dum: ex ipsa proportione animus metiendus in
teger & sanus. Quibus vero in morem vitel-
lorum propendent extra foramina (vt in paucis
Propenduli. hoc conspicere licet) ita insigniter delyrantem
portendũt: crassum/ & hebetem : ad hoc etiam
luxuriosum, pigrum, mendacem, simplicẽ. Si-
militer si vel nimis ampli sint, aut prodigiosæ
Profũdi. aperturæ. Ediuerso profundi, inuidum, malitio
sum, structorem malorũ, iracũdũ, suspitiosum.
Sic quibus compressi sunt, & velut ad scopũ
Cõpressi. intendentibus, crudeles, tyrãnos. Vbi vero de
flaccescunt, voluũturq; vltro citroq; (qui mos
est eorum qui iam frontem & pudorem omnẽ
abiecerunt) impudicos, arrogantes, instabiles,
mendaces: pessime aũt omniũ si citrinati fue-
rint atq; fucati. Quibusdam distillãt atq; ru-
Distillantes rubei. bescunt, quod nõ naturã indicat, sed humidita
tem cerebri, & phlegmatis abundantiam. De
hiis satis.

De iuditio nasi. Ca. 4.

De naso Rhinocerotis, prouerbiū in eos qui alios rident. Habēt enī hoc qui naso sunt adunco, vt & ipsi facile alios rideāt. Quāquam alioqui apud Persas decori hoc sit magno, atq; eodem adunco præditum esse. Sicut illum suum Xerxen habuisse memorant historiæ Xe



nophontis & Plutarchi, & vsq; in hanc diem neminem subrogant ad id fastigij, nisi adprime fuerit nasutus. Ferunt & hunc fuisse audacē, derisorem, & magnanimū. Vnde augurant, derisores & audaces esse qui huiusmodi habēt, impostores, proditores, rapaces, auaros. Hoc de hijs, qui recuruos habent nasos, vt accipitres & aquilæ. Qui vero cum curuitate supne prominentiam habent, remissa nōnihil curuitu

Xerxis nasus aduncus.

Curue, prominens.

ine (de hijs aliud iudiciũ est. Hi vt plurimum
liberales & magnanimi sunt, eloquẽtes & su
perbi. Nisi vbi illius apex fuerit exacuatus vel
acuminatus qui, quo magis exacuit, hoc am-
plius reddit iracundum, seuerũ, tergiuersatorẽ.
Est aũt hic maxĩa varietas, vt ferme nõ sit a-
lia distinctio facierũ quã per nasum, potissimũ
tamen discrimen in longitudine, densitate, &
Oblongi. curuitate. De incuruis iam diximus. Oblõgi,
si admodũ in lateribus prominẽtes fuerint syn
ceritatem preferunt animi, sed corpore atq; ca-
stitate parum potentem continere, adprobe mẽ
tulatum, appetentẽ coitus. Crassicies & ampli
Nares amplæ. tudo nariũ, hebetudinem adijcit, stoliditatem,
amentiã, derisionẽ, dolũ atq; immoderatũ ap-
Latus petitum ad coitũ. In medio latus, atq; nonni-
hil cõpressus, in summitate vero eleuatus: mẽ-
dacem, proteruũ, crudelem loquacem petulan-
Longus rotũdus. tem. Longus & vndecunq; rotundus, rapacẽ,
& cœlitus fato quodam procliuem ad malum
Liuide rubeus. Et est in colore discrimen. Vbi si liuidus sit,
vel rubeus, aut sane rubeis fibris intertextus,
vel punctulis: egregiũ inde potorem elice, ebriũ,
siticulosũ, calido epate, deditũ luxuriæ, ex egri
Corruptõnis iudicia tudinibus vero morpheæ. Illud obiter adnota
mus, de corruptis iuuenibus, & iuuenculis si

quis scire cupiat. Nam illud præcipue ex naso cognoscitur. Cartilago que in apice nasi est, si secare se permiserit, atqȝ perinde attactu findi digitulo potest: indiciū est corruptū, vel corruptam esse. Sunt & alia pleraqȝ, que quoniā ad presens negotium minime promouent, lubens pretereo.

De oris Physiognomia. et quid ex illius aspectu diuinandū sit. Ca. 5

ORis physiognomiā & labiorꝫ vno sermōe explicabimus. Os aut magnū est & patulū: aut angustum. Os patulum. Patens, quo precipue videmus insignitos Francos labrones, audacē, obstreperū impudicum, mendacē, impostorē, luxuriosum significat: neqȝ me vnquā hic fefellit iudicium.



Angustū. Econtra angustū, retentorem archanorꝝ, modestum, sobriū, pudicum, timidū & largū. Fetulentiam anhelitus vel dentiū, medicorꝝ scholæ dimittimus, quæ ab illis & copiosius & eruditius explicantur. Illud experientia compertum est, tenuibus labijs loquaces esse, & eloquentes, garrulos, sagaces, prudentes, ingeniosos. Pregrandibus autem labrijs, & quibus dependet labiū inferius, adeo vt emineant dentes bardos, stupidos, indociles, impuros, luxuriosos, inconstantes, & malos.

De Physiognomia lingue & dentium. Caput 6.

Lingua pusillum quidē membrū, sed magna iactans, incurabile malū, plena veneno mortifero, & eō pestilentior, quod neq; ex Physiognomia, neq; aliunde peruestigari satis potest. Vtcunq; animaduertatur in eam, raro sui similis est, nisi quantū adbalbutiē attinet & eloquentiam. Balbutiem efficiunt grosse, immoderate, prelonge. Lingua grossa. Eregione tenues, acuminate, limate viperarū more, eloquentiā, astutiā, & Tenuis. calliditatem pre se ferunt. Tam etsi hic aliud

fingant Astrologi, nō lingue, vitio tribuentes balbutiem, sed Mercurio euerso, & eo retrogrado. Sed hec alias. Dentium eadem ratio.



est. Hi si spissi sint & canini: ex ipso robore vitā longam presagiunt. Neqz video, quid hic multis sit opus, cernere enī est decrepitos iam qui nihil vnquam molestie perpessi in dentibus sūt. E conuerso marcidi, vacillantes, rancidi, minuti, breuitatem vitæ, caloris habundantiā, noxiū humorem: huiusmodi sunt ferme cholericorum. Alioqui quo ad animū nihil videntur mutare, quod quidem obseruatū sit. Vbi dislocati fuerint, aut extra seriem stantes, videntur nebulonem indicare, loquutulicum, insolentem, pomposum, & instabilem.

Dentes spissi.
Sparsi.
Marcidi.
Dislocati.

De mento. Ca. 7.

De mento video cōuenire philosophos, vt

sicut nasus recurũus, siue aduncus, vel preacutus semper iram audatiam, & tyrannidẽ notat: ita & mentũ significare aiunt acutũ. Illud vero nõ possum nõ exponere in lucem, qui membris aliquibus mutilati sunt, quod ab illo



Natura viciari.

rum commertio temperemus: ab hijs inquam qui membris aliquot orbati sunt per naturam non arte vel malefitio. Et quãquã fortasse curiosum vel superstitiosum id esse videat, proditum tamen est ab sapientissimis viris, e quibꝰ hec decerpsimus, a Galeno, Hippocrate, & ab hijs etiam quibus male propitia fortuna est: Verbi gratia quibus mutilitati sunt oculi, nares, os, pedes, manus, & altero claudicãt pede: vel de quibus constat, quod Saturnici sũt Superstitiosum inquã videbitur quod dico, sed tamen quod verũ est dico, & audacter dico. Dissentiunt sibi inuicem saturnici & Ioui-

niales. Martiales & Venerei: videas id in hominũ conuentibus, & conciliabulis. Videtur autem nescio quid aliud interuenire: cũ reuera nihil sit aliud, quã planetarũ repugnantia, & aspectuum infelicitas. Frigidus est Saturnus & siccus, Jupiter calidus & humidus. Atqui iam potest fieri, caliditas & frigiditas vt sibi non repugnent? Rursum Saturnus pigros efficit, & tenaces, & tardos, solitarios, malos, intractabiles: Jupiter humanos, flexibiles, dociles, benignos. Quod igit in planetarũ qualitatibꝰ est, id pro rerũ & ingeniorũ inclinatione atq; influentia, efficit in illis planetarũ qualitas. Quis horũ igitur ingenia componet? aut quis hic extricabit se? At qui id iã ex Astrologia didicit, nouit quid cuiq; donandũ sit, vt quisq; tractandus est, poteritq; ex suis affectibꝰ remitere interdũ aliquid, vt Venus q̃ ipsa natura cum Marte nõ stat, sua tñ mollitie alterius temperat seuiciam. De signatis illud nullibi non celebratissimũ est, qđ Aristoteli tribuũt, cauendum esse ab his quos natura signauit. Saturnicorũ meminit & eleganter doctissimus Marsilius ficinus libro. 3 de uita cœlitus comparanda: eius verba sic habent. Saturnini euadunt inmundi quidem, ignari

inuidi, tristes, demonibus inmundis expositi: quorū cōmercium procul effugito. Nam Saturni quidem venenū alibi sopitum latet, ceu sulphur a flāma remotum: in viuentibus vero corporibꝰ sepe flagrat, atqꝫ vt sulphur accensū non cōburit solum, sed etiā vapore noxio omnia circum implet, atque inficit appropinquātes. &c. Ita etiam Iouiales presente tali aliquo signato infelices euadūt. Hactenus Marsilius. Apolloniū Thianeū fama est, in Epheso deprehendisse Saturnium senem, qui sola presencia sua totam vrbem infecerit pestilētia. Hæc cum copiose ab eodem viro sapientissimo tractata sint, cetera sollicito lectori relinquimus, nobis sat esse indicasse autorem.

De Capillis: et alijs accidentibus. Caput Octauū.

Capillorum physiognomiam ita recte describemus, si primum illorū naturam adsignauerimus. Non sunt aliud capilli, quā vapor calidus & siccus ab aere circūstāte indēsatus & siccatus. Qua finitione id in primis palam fit, senes & saturnicos debiles esse ideo ob perpetuū in viribus gelu. Cholericos item



hirsutos, comatos, propter calorem, & adustos humores. Nisi in quibus nimium calor ille habundat. Quod autē crispi sunt quidam & retorti, id poris adscribunt medici, qui prefacti comam quoq; sic disponunt, subinde feramus nunc iudiciū. Cesaries plana, mollicula, tenuis: mollem timidum, remissū, pacificū indicat Tenax & grossa: audacem, robustum, fallacē, fortunatum. Sunt quibus frons capillitior est & tempora hirsuta, ijs tribuemus luxuriam, vanitatem, arrogantiam. Crispitudini tamen si accedat duricies, semper ignauiam ingenij pre se fert. Que vero in angulis temporum in morem cornu effertur crispa, & galeata, vel cristata, pre ceteris hominibus graui alicui vitio implexum & deditum: rubeam habentem similiter, sed quod nemini non compertum ha-

Tenaces.
Frons capillitior.

betur. Illa optima est, que candenti quodam nigrore nigrescit. De his pronunciandū, quod prudentes sunt & cogitabundi, fideles, probi: pariter & alba, flaua, glauca, vel subalbida. Illud ex medicorū decretis obiter etiam adijciendum censemus, quibus prematuri subcrescūt cani, in iuuenta esse incontinentes, impudicos & instabiles. Preterea & illud traditū ab Alexandro Aphrosideo, quod humor ille qui masculis in comam resoluit, mulieribus conuertitur in menstruū, vel in lac, si conceperint. Et quibus barbitium succrescit, has quoque viragines dicimus, certi quod coitus sunt appetentissimi.



De physiognomia faciei.

Caput. Nonum.

¶ Ex tot hominū faciebus an non mirum vi-

huiuſmodi ſunt phlegmatici, & ſanguinei, procliues ad ignauiam. Portentoſe plixa, audaciam, fortitudinem, ignobilitatē, & cum hoc vitam breuem ſignificant. Curua reſpectu ſtature, vel molis corporee, ingratos, impudentes, auaros, obtrectatores, inuidos, ſuperbos, haud multū diſcrepātes ab ijs quibus piloſa brachia ſunt: quos ſimiliter petulātes, venereos, vafros, aſtutos, inſtabiles, & verboſos pronunciare oportebit. Prolixa. Curua.

De Pectore et Coſtis.

Caput Quartū decimū.

LEonis non robur modo, ſed & audaciā ex pectore maxime dijudicāt qui naturas animalium deſcripſerunt. Ex eadem coniectura, & fortem hominem & audacē dicimus cui pectus ſit & prominens, luxurioſum, procacē, laſciuientem in verbis, ſuperbū, iracundū, tenacem. Cui Pectus prominens.



Di[illegible]utum vero hirsutũ & quadã pilorũ silua obductũ est cholericũ indicat hominẽ, cũ suis ꝓprietatibus

Recaluum Recaluũ, frigus & phlegma significat. Unde quibꝰ in gibbũ eleuatũ inæquale erit pectus altera parte, hos deprehendimꝰ fallaces, insidiatoras, & ad pessima procliues, martiales, vanos, hypocritas. Ita quibus superne vsq; gut-

Pectus rubeum. tur rubet pectus, cõperimus iracũdos, cõtentiosos, presumptuosos, arrogãtes, inconstãtes, timidos tamẽ. Illud tñ optimũ esse decernunt,

Planum. Carnosũ. quod planũ, quodq; carnosum, mediocre, & depile est. nam est indiciũ hoc discreti, prudentis & bonorũ naturaliũ. Et ne quid etiam, quod ad medicinã spectat relinquamus ĩtactũ aliud quoq; nõ indignũ scitu est, quibus minuta sũt corda, ceteris esse cordatiores. quod spiritus illi impellẽtes vitales, in minuto mẽbro presentiores sibi sunt, q̃ in prægnandibus, vbi facile dispergu ntur.

De physiognomia Manus.

Caput Quindecimũ.

¶ Manũ physiognomiam, quoniam abũde descripsimus in libro nostro de Chiromantia, istuc remitimus lectorem.

De Ventre. Dorso. Et iliis.

Caput Sedecimū.

NOn multū negocium est, etiam e uētre iudicare qualis q̄sque sit, atq; item e tergo, & ilijs. Sunt enim hec nō minima corpis mēbra. Sed qui hæc sint audiamus. Venter pilosus, & vmbilico tenus hirsutus, cū primis luxuriosū significat, deinde audacē, atq; magnanimū, prudentē, intelligentem, studiosum, solertem, alioq tarde fortunatū. Macer & tenuis, calidam atque cholericā cōplexionem, nōnunq̄ etiam melancholicā indicant cōplexionem. Vt plurimū q adiposos habent & crassos ventres, ingenio quoq; non multū valent: illud iam crebra experientia cōpertum est. Tergū illud laudatius est, quod amplū & robustū est, indicium etiam fortis & robusti hominis. A gibbosis & recuruis quidā cauendū suadēt. quod præ ceteris in signi aliquo scelere prestant maxime detractiōe & inuidia. Coxæ idē indicant ferme, si crasse sint & carnose. quod carnose, suræ & pedes: nempe audatem, & fortem Eadem ratio quorum crura neruosa sunt, macra, tenuia, exilia, nemo non videt imbecillita

Venter pilosus.

Macer.

Adiposus

Tergum.
Amplum
Robustū.

Gibosum

Coxe crasse.

Crura.

det imbecillitatis esse indicia. Impotentiæ illud vel maximũ argumentũ existimant, si depiles sint pedes: ediuerso incõtinentie, audacie si q̃ȝ maxime hirsuti sint. Ita quibus duri sunt hebetes & obtusos: qb⁹ vero molles, leues leuia atqȝ mollia quoqȝ ingenia. De mulieribus hoc obseruatũ habẽt: vt quib⁹ prelõgi sunt pedes, hæ ad procreationẽ liberorũ sint aptiores. Aiunt eñi generandi oppetitũ potissimũ decerni in pedibus: & in muliere vuluæ signnm esse pedem: idquod asserere videt̃ Albertus in libro quem inscripsit, de Archanis mulierũ, videlicet mensurã medij pedis. neqȝ onmino etiam male. Lego enim apud alios scriptũ, qui e medicorũ sunt cohorte, nisi calefactis pedibus, vix quempiã posse concumbere

Pedes.

Pedes mulierum.

De tota hominis statura.

Caput Decimũseptimũ.

Dicebit & ex statura iudicare. Sic enim ꝓditũ ex historijs legimus de Maximino, qui ob insignẽ ac bene portentosã longitudinẽ pro bardo habitus est. Vnde etiam illud dimanauit puerbium. Climacis ægypptia, & caliga Maximini. Quãquam quid de hoc attinet ci-

Maximinus.

robur. Succincta, seminarium discordiæ, libidinem.

¶ Manus curtæ, admodum crassum, rude. Pingues cũ digitis, furaces. Paruæ, versutos.

¶ Pedes carnosi, fatuitatem. Parui, leues, duriciem.

¶ Tibiæ subtiles, ignorantiam. Grosse, audaciam, fortitudinem. Latæ, fortitudinem. Neruosæ, robur. Curte & pingues, immanitatem. Gibbosæ & cauæ inferne, malos homines ostendunt. Molles, turgidæ, moratos.

¶ Suræ crassæ & curtæ, asperum calcaneũ Pinguia crura, futuram insaniam ostendũt.

¶ Hæ sunt in physiognomicã artem introductiones breuiusculae, quib⁹ adiutus quilibet ingenia hoĩm dijudicare potest. Neqꝫ me fugit, eãdem farme fabulam egisse Aristotelem, Medicos, Vallam, atqꝫ alios quamplures. Non minuit hoc nostrũ conatum vel honorem. Id præstitimus quod potuimus, vel illorũ etiam adiuti opera. Quod si dentibus suis roserit nos caninis quispiam: sciat non commentarios scripsisse nos, sed compendiũm; atqꝫ ita finis esto.

Periaxiomata de faciebus si-
gnorum quid in vnaquæq; domo
efficiat in natis Sol.

Praefatio.

Cum in disciplinas Astrologicas inducere atq; imbuere decreuerimus studiosos, sintq; mlta q̄ circa hæc obseruari oporteat: post domorū situm, & iudicia horoscopoꝝ, id iam reliquū est, de faciebus cognoscere sigrioꝝ, quid singulis in gradibus efficiāt. Nā aliā ac aliā Sol, atq; cæteri planetæ ingradibus & faciebus habēt operationē. diuisa enī aliud in prima, aliud in secunda, aliud in tertia agunt facie. Quod vt intelligas quodlibet signū intriginta gradus partitur. Triginta hi gradus si in tres partes secentur. Prima series vsq; ad decem, primam faciem tenet. Deinde ab decem vsq; ad viginti quicquid interuenit secunda dicitur. Residuū vsq; ad triginta, tertia: atq; in hunc modū sup



putandū est cum reliquis signis. Hi gradus, quo magis ac magis augescūt, tanto in vigore, præcipue in vltimis faciebus decrescunt, fiuntq; remissiores in fine q̃ vel initio, vel medio extiterunt. Hæc atq; alia breuiter adnotauimus ex Abraham, Hali, Alcabitio, Firmico. &c. Quod si iterum Zoilus quispiam obganniat nobis, cur hæc ad nostra trahamus. Huic respondemus, viros illos doctissimos, non omnia edocēter scripsisse, quæ consumatū possint efficere Astrologum, verum magis sui admonendi q̃ aliorū docendi gratia. Atq; his ita prælibatis, ad Arietem progredimur.

Sol in Ariete.



¶ Sol igitur in Ariete, quod primum signum est inter reliqua signa duodecim, in primis decem gradibus editos in lucem, facit cōmuniter subruffos, simios, ventre exili & angusto macilentos, atq; signatos in sinistro pede vel cubito, amicos habentes plurimos, odiētes malum, prosequentes quod optimum est.

¶ In secūda facie, id est a decimo gradu Arietis, vsq; ad vigesimum, facit nigrum qui nigror tamen non in vitium reputat, sed in ve-

nustatem & maximā ciuilitatem. Temperatæ quoq; qualitatis, & iracundū, suspiciosū, fraudulentū, cordatum, septum inimicis pluribus, qui hunc venantur ad mortem.

¶ In tertia facie, interdū ruffum croceo permixtum colore, solitarium, meditatē insidias, & fraudes frequenter.

Sol in Tauro.



¶ Natum in prima facie, nauum facit, & pregrandibus aliqñ oculis, labronem, signatum in ceruice, verū festiuū admodum, in delitijs semper occupatum.

¶ In secunda facie lasciuū, libidinosum, sed non vsqueadeo vt in prima signi facie, vagabūdum tamen atq; mutabilem.

¶ In tertia facie frigidiorem in complexione: propter Sarturnum, qui hanc vltimam faciē possidet. Signit & aurium, ventris, ac crurīū dolores.

Sol in Geminis.



¶ Si cui in prima facie Geminorum ceciderit natiuitas, faciunt moderatæ staturæ, corpore pulchro, mēbris omnibus bene cōpositis: signa-

solum in proportione corporis sed in omnibus etiam actibus cæteris faciet disconuenientem.

Sol in Piscibus inuectus.



¶ Facit corpore mollē, albũ, pectore amplo, barbitio decenti, pulcra fronte, clara cute, oculis patentibus & pulcris, carnosum atq; honestũ.

¶ In secunda facie statura breui, æquali, nigranti barba, parum hi sutum, agilem, lætũ.

¶ In tertia facie in mēbris omnibus decorũ, venustum: dat & vocis clangorem.

¶ Hoc dignũ item notatu iudicauimꝰ: quod certa signa sunt siue formæ, quæ ad magnitu- Significãtia Signorũ.
dinem etiã in artificiali Astrologia tendunt. vt Leo, Virgo, & Sagitarius. Quedam ad diminutionē. vt Pisces, Cancer, & Capricornꝰ. Et quod est a principio signorum Arietis, Leonis & Thauri, faciũt tendere corpora ad grossiciem & fortitudinem: & fines eorum ad macredinem tendunt, & debilitatem. Similiter Gemini, Scorpio, & Sagitarij pricipia ad macredinem & debilitatē, & fines dictorum signorum ad grosiciem & fortitudinem.

¶ Sed virgo, Libra, & Sagitariꝰ ad æqualitatem ac bonam ꝓportionem. Thaurus vero

Scorpius & Pisces, vt Hali inquit, tēdere faciunt ad diuersam proportionē corporis. Nati etiā in die limpidiores sunt illis q̃ in nocte nascunt̄. nox nāq; adiuuat planetas nigredinē & obscuritatem significantes: imo Epilētici erūt, in quorum natiuitatib⁹ Luna cū Mercurio est, nec vnus ex illis complectit̄ ascendens in hora natiuitat: & si cum hoc Saturnus fuerit in angulo in diurna, vel Mars in nocturna natiuitate. Amētes aūt eodem modo sunt, propter Saturnum in angulis in nocturna, & in diurna. Et maxime cū Cācer, Virgo, vel pisces in angulis reperti fuerint. Et cum Saturnus in domo luminariū, id est Cancro, vel Leone fuerit, passionem oculorum semper innuit.

¶ Signa significātia pustulas, lepram, maculas rubeas, prurigines, impetigines, surditatem, balbutiem, caluiciem, paucā barbam, sunt Aries, Cancer, Scorpi⁹, Capricorn⁹, & pisces.

¶ Signa multorum filiorum sunt Cācer, Scorpius, & Pisces.

¶ Signa significantia honestatem mulierū, & religionum, & eorum probitatē, sunt Taurus, Leo, & Aquarius.

¶ Signa rationabilia sunt, Gemini, Virgo, Libra. prima pars Sagittarij, & omnes

partes Aquarij.

¶ Iracundiæ signa sunt & acuitatis, Aries, Leo, Scorpio.

¶ Signa vociferãtia & fortes voces habentia sunt, Gemini, Virgo, & Libra. Voce vero carentia sunt Canrcer, Scorpious, & pisces.

¶ Planetæ qui dãt diuitias sunt tres. s. Iupiter, Sol, atqꝫ Ven⁹. Sol etiam prudentiã, Mercurius eloquentiam largit, Venus vero loquelæ ornatum.

¶ Tria sunt signa oriẽtalia. Aries est cor ori- orientis. Leo secunda eius Triplicitas, & sinistra pars orientis, Sagittari⁹ est dextra pars orientis.

¶ Capricornus est cor meridiei, Thaur⁹ sinistra, Virgo dextra pars Meridiei.

¶ Libra est cor occidentis, Aquarius sinistra, Gemini vero dextra pars occidentis.

¶ Cancer est cor Septentrionis, Scorpius sinistra. Pisces postremo dextra pars Septentrionis. Ex ijs si iam scire volueris, ad quid nã conferat talis signorũ respectus & dispositio, id breuiter sic accipe. Diximus tria esse signa Orientalia, Tria ad meridiem, ad Aquilonem tria, & Tria ad Occidentem. Orientia conferunt nobis, si hijs iam orientibus & persistente

in ijs Sole, ad eam partē locem⁹, cōstituam⁹ dirigamusque, ea quæ facturi sumus, nēpe ad lectus grabata.

¶ Veluti si vitam velimus viuere sanā, leuiter indormire, prosperari in liberis, si ad fuerit vxor. Itē si succedere cupim⁹ empturi aliquid, vel vēdituri, cōtractu: Si honoris, aut cōmodi speramus quippiā, aut si quid est huiusmodi: totum ad eam plagam faciamus qua signa ad predicta respicitur. Sicut econuerso, si formidamus ne male succedat aliqd illorū, vitāda sunt signa contraria. In hunc modū iudicare licebit de reliquis. Verū etiā id obiter descripsimus quādo mentionem fecim⁹ de qualitate & natura domorum.

¶ Sic copiose, & non minus tamen succincte habes facierum, atque aliorum signorū siue imaginū naturas. Neque video, quomodo aliqs succinctius has tradere possit: & si prolixis ambagibus hic diu immorēur, non vsque adeo magnus fruct⁹ est. Vtcunque enim ad Astrologiam promouent, non sic tamē magna sunt, vt in ijs prora sit constituenda & puppis. Nesciri cōmode non possunt, sed sic tamen cū moderāine discenda sunt, ne ijs iam scitis, ptinus Astrologū esse se quis existimet: vt ij etiā psua-

etiam de cōplexione. Verbi caussa. Viros de-
piles & imberbes, aut eūuchos aut phlegma-
ticos: nigros, & nigrantibus capillis, cholericos
vt plurimum. Sunt autem quatuor, qui vul-
gati quidem sunt: niger, rubeꝰ, glaucus, & ca-
nus. Glaucus ex hūore melācholico est. Canici- Glaucus. Canus.
es ex defectione caloris naturalis, & phlegma-
tis putrescētis. Rubedo videt̃ adserere sangui- Rubeus.
nem, nigredo choleram, glaucedo melancholiā, Niger.
albus phlegma. Que caussa est, quod rubor ni-
gredini præfert̃, quod nobilior cōplexio sangui-
nis est, q̄ȝ cholere. Et illud corpus optimū est
(teste Galēo) quod molliculū, rubeis capillis
ornatum est. Tametsi hic plurimum refragetur
Cōstantinꝰ nigrū ipsum preferens, tū quod for
tior atq; stabilior est, tum etiam ꝓpter iuuāen-
tum. Quæcūq; enim superfluitas magis est
nociua, eius expulsio præsentiꝰ iuuat. vt chole-
ra succēsa, & sanguis adustꝰ magis cōficiūt, q̄ȝ
sanguis nō adustꝰ: verū ad istiꝰ expulsionē sequi
tur generatio capillorū nigrorū, & nō rubeorū:
prestat igit̃ rubedini nigredo. Alijs auteꝰ ma-
gis placet cū nigrore in oculis. Quod vtrūq;
etiā sigamꝰ. Alberti placitū est, optimū colorē
optimā desinnare conplexionē cerebri, videlicet
calidā et humidā. Tāetsi in operationibꝰ natu

ralibus, magis conueniat caliditas & siccitas, maxime ad apprehendēdū aliqd. Ab caldore est enim quod velociter rem aliquā deprehendim⁹, ab siccitate memoria & firmitas retinēdi. Ab calore mot⁹ est & agitatio, ab frigore quies & tranquillum. E quibus raticionat̄, magis cerebri complexioni conuenire siccitatem, q̄ȝ humiditatem. Videm⁹ enim qbūs cerebrum est humidū, hebetis ingenij esse, sonmiculosos & tardos: siccū vero, acres, vigilātes, sobrios. Quā plura igitur ex capillis deprehendi possunt, quæ ad complexionem spectant. Sed in præsentiarum satis.

De cōplexione Cholerici.

Cholericam complexionem facit caliditas & siccitas. Unde qui calidi sunt & sicci, cholerici vocātur. Agnoscunt̄ autē ex phisiognomia, & vrīa, & ex horoscopo natiuitatis. Quo ad phisiognomiā, oblonga habent membra, & ea gracilia, nimirū suffocato atq; extincto humore per caliditatem & siccitatem. Capillos habēt interdū crispos & retortos, interdū planos & nigros, nonnunq̄ȝ etiam rubeos & duros, totum ex ambundantia caloris. Oculos ꝓfundos, nasum acutū, faciē citrinā, eloquiū velox,

pectora ampla, & hirsuta, egestiões adustas, & vmbilicotenus hirsuti sunt. Vocem argutam, pulsum durum & preuelocem, gressus celeres. Procliues ad ebrietatem: ob stamachum, & calidum cerebrum. Insomnes, proni ad coitum, oculos habentes citrinos, os amarum, linguã asperam, torsiones in stomacho, siticulosi, cito caligantes in oculis. In somnis & visionibꝰ nocturnis videntes rogos succensos, flammas, morticina, sanguinẽ, lites, homicidia. Atq; eousq; de physiognomia corporali. Ceterũ iuxta animum audaces sunt, iracundi, & qui reconciliari statim possunt: dociles, ingeniosi, fidi, ꝓdigi in dandis rebus, synceri, Zelosi, amatores iusticiæ, impingentes in lingua vbi irascuntur, neq; enim feruor ille sanguinis sustinet, vt seriatim verba ꝓmãt. Tãetsi quidã sint, quos eousq; perduxit labor & assiduus conatꝰ, vt multa huiusmodi possint dissimulare. Sed nõ potest tamen lana tincta mutare colorem, atq; id admodum perspicue deprehendi põt. Quicquid enim preter naturam accersitũ est, vel conquisitum, dissimulari diu non potest.

Rationes de proprietatibus Cholericorum.

De iudicio Complexionis.

¶ Rationē si quis poposcerit dictorũ, talem damus. In primis de irascentia: qui quoniam humorē supprimit, flagrāti velut flamma abscōsa aliquamdiu: q̄ vbi rimulā adepta fuerit erumpit in incendiũ. Idem prodigalitatē caussat, hac illacq; diffundens se per latera, nō sursum. Similiter & audaciam, propter elationē spirituũ & caloris. vnde interdum difficillima conantur, & promittũt (ne dicam) impossibilia, gestiente atq; saliēte corde pre nimio æstu. Eodē pertinet exile caput, cũ amplo pectore: quod ex eodē corde prouenit calido. Quod etiā agiles sunt & dociles, nemo etiam non videt perpolire atq; habilitare oīa. Sic gracilitas ob defectionē humoris est, proceritas ex calore, qui in altum tendit.

De planetis conuenientibus ad Complexionem.

¶ Proximi nunc planetæ sunt, qui qñ dominia suscipiant operepretium est cognoscere. Hij quando ascendentes, vel in radice natiuitatis sunt, licet ex Astrologia artificiali discatᷓ, tamē hic citra erectionem figuræ auscultatur, attenta sola physiognomia & complexione.

De Saturno in radice natiui-
tatis Cholerici.

Ab saturno sumamus exordiũ. Hic in radice natiuitatis collocatus est si videris hominen subpallidũ, defixis oculis, lento gressu & tardiusculo. Reprimit enĩ nõnihil innatũ calorẽ Saturni frigus: verũ macilentiã nõ adimit. Oculos subministrat minutos, neruos & ingeniũ ad pessima q̃q; meditanda, sub pretextu honestatis: quod esset alioq̃ bonum, si non tã maligno sydere obscuraretur.



In dandis etiã consilijs, plus q̃ȝ dici põt ad omnia nepharia perpetranda, consultissimũ, videlicet ad expugnãda castra, ciuitates, oppida, ad instituendas ꝓditiones, & bellorũ acies. Hæc omnia solitarius agit, lugens & mœrẽs: adeo nihil est scelestum, & facinorosum quod ille non audeat. Interim tamen omnibus ijs plurimũ sibi placens. Alioq̃ parcus in cibo et potu, semper irrequietus, semper sollicitus, semper in laborib⁹, quasi oĩa ad se corradere possit. Obi-

De iuditio Complexiōis

ter de Saturno hæc.

De Joue in radice natiuitatis Cholerici.



¶ Jupiter benignior est. Facit cādida cute, et ꝓlixa barba, recaluastrū in frōte, cōa subrufa vel tincta, facilē ad irā, & itē facilē ad rede ūdū in gratiā. Dispōit ad cōsilia, & ad prudēter dispēsanda publica negocia: rōn tēpamēti & caloris. Signū est in radice locatum esse, quibꝰ conditiōes hmōi.

De Marte in horoscopo natiuitatis Cholerici.

Mars si dominiū in genitura aliqua obtinuerit, facit colore rubeū, veluti ambustū ab sole, rotunda facie, felinis oculis, atroci aspectu, insolentem, indomitum, inconstantem, nugacem, impostorem. Alioqui in rebus agendis celerem, depilem in vertice, medioeri statura, crasso syn-

De Marte in horoſcopo natiui tatis Cholerici.



cipite, naribus ꝓminentibus: q cum graditur, diſtantes paſſus locat, atq; hos veloces: victorioſum, audacem, friuolū, ſeditioſum, gulonē, hoſtē humani fœderis, & cui ne cum amicis etiā cōuenit bene, futurum ductorem exercituum, aut tribunū plebis, ſanguinariū, rixoſum, nugatorem inſignem, malicioſum. Nihil admodū ab Saturno diſtans, niſi quod ille cōſilijs molit, id ille factis exſequit, Sine deo, ſine fronte, ſine pudore perſequēs eos q ꝓbitatis & virtutis ſtudioſi ſunt: tam ſine mente, vt ſolus ſibi ſapere videatur: tā cæcus, vt nulli vnq; bono precari bene poſſit, niſi Veneris accedat delinimentū: quæ quia frigida eſt, & humida, ob inſitū natura frigus, remittit nōnihil alterius feruorē. Carnē multiplicat, & blandiorem facit hominibus. ꝓferocitate iocunditates ꝑticipat, & ciuilitatem, oſcula, comeſſatiōes, ociū, voluptates, pulcritudinē dulcedinē, circūuētiōes mulierū. Efficit &

Mars a ſaturno differt.

Veneris tēperamētum Sat-no.

peieratorem, fœdifragũ, violatorẽ iurisiurandi, in suiipsius factis parũ sollicitũ, quæ Veneris ꝓprietates sunt. Quam.q̃ eĩ non adeo malæ sint, tamen illius bonitatẽ alterius cõtaminat malicia. Omniũ pessime seducit vbi domiciliũ Saturni peruigrauerit, id est Capricornũ, vel Aquariũ. Aut si Mercurius in domo Martis retrogradus fuerit, hoc est in Ariete, vel Scorpiõe. tũc eĩ facit ĩpudentẽ, desperatũ, incorrigibilẽ, maxime vbi bñ pot⁹ inebriari cœpit: tũc obbrutescẽs, hõ esse desinit. In rebus mœchanicis præclaros atq; spectatos opifices facit, æris aut ferramẽtorũ fusores, lanios, carnifices chirurgicos. Et si accesserit illi Venus, barbitõsores. Si vero Mercurius, qui malagmatꝭ & emplastris occupat se, chirurgicũ, vel vnctorem.

Saturnus cũ Marte retrog.

De Mercurio in radice natiuitatis Cholericorum.

SIn autem in radibe fuerit, locatus aũt perperam. i. in domo Saturni, vel Martis, & nullũ habuerit aspectum benignũ, aut commixtionem Veneris, Iouis, vel Lunæ, fere peior frequenter Marte est. Id vero ex illius factis sic



deprehendes, facit sacrilegum, prædonē, violatorem sacrorū, incendiariū, interfectorē, exulem a patria, oppssorē pauperū, pupillorūq; & viduarū. Neq; id quidem satis, qn & hæsitare in fide facit, & aere implicans nunquā solučdo, semp inuolutū periculis, semper proficientem in peius e charybdi in scillam, iuxta prouerbiū. Hæc si fortasse primo obtutu nō omnibus patent, ex raritate capillorum pernosci possunt. Secus si Venerem propitiam habeat, aut Iouem, vel Lunā. Cū Venere argentarios facit, egregios sculptores, in omni opere, æris aut ferri, vasorū musicorum opifices, & quanto propius ac vicinius respexerint, hoc diminuitur Mercurij malitia. Fit autem perquā rarissime, vt statura excedat hmōi.

☿ cum ♀, ♃ vel ☽

De Sole i radice natiuitatis Cholericorum.

¶ Cum Sole perraro fit, vt suam cōmixtionem cholericis impertiat, nempe sanguini ad-

ditior quã cholerӕ. Facit autem alioqui in colore fuscum, modico cũ rubore, carnosũ, & pregrandibus oculis, barbatum, bene capillatũ, capite obeso & rotundo, mediocri statura. Insuper etiã iracundũ sapientem, hypocritam largum, cupidũ laudis,



sonora voce. Interdum etiã audacem, vbi probe fuerit adpotus.

De Cõplexiõe Phlegmaticorũ

Phlegmaticorũ cõplexio frigida & hũida est. Nam grecӕ phlegma humorem significat. Atq; hic multa distinguunt de humorũ diuersitate medici: quӕ quoniã nota sunt, libenter conniuebimus. Ceterũ phlegmaticũ vbi ex physiognomia velis pernoscere, vnã faciem contuere qua prӕditus est prӕpingui & alba. Est carnosum corpus, pectus depile, venӕ strictӕ. Eius rei hanc adsignant rectionem: quia frigus crassiciei semper caussa est & somnolẽtiӕ: propter

fluorẽ

fluorem permixtum frigido: atq3 inde etiã esse, quod coitus appetentes non sunt, nisi vino admodũ madidi, aut aliũde calefacti.

De Saturno in radice natiuitatis Phlegmaticorum.

NOn raro Phlegmaticis dominat Saturnus, & ratiõe frigiditatis participat cum phlegmate. Id aũt operatur quod alias ex natura solet: nisi quantum obstiterit illi complexiõis bonitas, perspicuum est em̃, q in natiuitate cõstitutus hominis sanguinei, nõ tantũ virium habet, quantũ in melancholico vel phlegmatico, reluctante nimirũ natura complexiõis. Sic iã in natiuitate phlegmatici, hominẽ suapte natura obesum, ac circa oculos liuidum facit & tardum, submisso capite & humeris, tristem, odibilem, inuidum, detrectantem optimis quibusq3, patronũ malorũ, & ad machinanda peruersa doctissimũ. Et licet interdũ videat agere aliud, & conuiuijs letantiũ inmiscere se, familiaritatem tamen diu non sustinet, aut certe deiectus mœret. Facit & in ciuilem, & agrestem, atq3 nõ tam non studentẽ vrbanitati quã aliorũ etiã moribus & ritibus bonis aduersan

tem. Ingenio plumbeo, & retuso, capientẽ vix multa cum industria aliquid: in malis vero tũ excogitandis, tum discendis suapte natura industriũ. Etiã pauciloquũ facit. Porro inmodica taciturnitas illa misantropiã gignit, in primis vero mulierũ, contra ordinẽ, cõtra sexum, cõtra naturam. Cui seueritati proprior accedit appetitus vindictæ, ira, iuidia, curiositas rerũ alienarũ. Cum Marte vero quid faciat, tedet ferme adscribere. Facit hunc audacem, temeratorem, scelerosum, præcipitem, improuidũ, inobedientem, atq; in ijs agentem constantissime. Et si Mercurius quoq; comes vel socius sit, insidiatorem, infidelem, male sentientẽ de deo, de superis, de religione: deceptorẽ amicorũ, homicidam, rixosum, sacrilegũ, & prædonẽ sacrarũ rerum. Jam vbi talẽ aliquẽ videris Phlegmaticum, conijce hunc Saturnũ male, vel Martem habere in natiuitate: si aliũde hoc ex erecta figura non licet.

De Joue in radice natiuitatis. Phlegmatici.

JVpiter deinceps in ascendẽte, calores suo frigiditatem phlegmatici tẽperat leniter, temperatũ corpus me

diocre & molle reddit, non graue, aut carnosũ nimis. Ornat etiã perquã venusto capillitio, optimis moribus, optimis gestibus, dulci eloqo pace, religione, sanctimonia, iusticia, veritate, consilio, misericordia, clemẽtia. In vestibus & corpis decore paulo plus facit curiosiorem, atq; in huiusmodi etiam fœlicem & prosperum.

De Marte in radice natiuitatis Phlegmatici.

MArs si male in natiuitate phlegmatici inuentus fuerit, facit in colore subruffum, coactæ atq; coagitatæ naturæ, fortem, audacem, loquacẽ, mendacem. Nec tam clemens aliquis aspectus aliorum planetarũ est, quin si dominiũ nati fuerit consecutus, maliciam suam nõ exerat in eũ Adurit in vertice capillos, amplificat faciem, & inspissat caput, facit crudelem, & toruum aspectu, audacem, præferocem, alacrem, præpetẽ, importunum, iracundum, verbosum, iactabundum, proditorem, proteruũ, spiculatorem, autorem discordiarum, raptorem, verbronẽ, parricidam, flagrionem, matricidam, amicorũ clãcularium æmulum. Tametsi mitius agat hæc omnia in Phlegmatico, quã in Melancholico,

vel Cholerico, despumante nimirū ac deferuescente calorē Phlegmatico humore. Vitā alioqui incidit, dirumpitqz fatalem illam chordam, aut præcipitio, aut inopinata morte.

De Venere in radice natiuitatis Phlegmatici.

Venus lasciuientem facit, lubricum & lætum, elegantem & gratum, amabilem, comem, suauem, pium, benignum, iustum, syncerum, corpore cādido, eloquio dulcem, coma densa reflexa molliter, vl' crispata, potorem, musicū, cytharedum, cantorē. Et artibus quæ manu fiunt, pictorem, & earum artium studiosū que absqz sordibus sunt. Cum Mercurio poetā facit, mathematicum, oratorem, gymnosophistam, lanistam, chironomum, & in ijs omnibus acceptū hominibus, boni rumoris & celebrem. Mars vbi irrepserit, cōmutat pro ijs fraudulentiam, vaniloquium, & ea quæ suarum viriū sunt.



De Luna in radice natiuitatis Phlegmatici.

LUna facit album, asperso rubore modico, capite dēso, cōiunctis superciliis, oculis pulchris, & fortasse inæqualib⁹. laboriosos, maxime in temtādis atq; peragrandis itineribus variis: & si in signo fuerit aquatico, id est in Piscibus vel Cancro, supra modum pingues facit.



De Melancholica cōplexione.

MElancholica complexio frigida & sicca. Nascitur autem ex humoribus supfluis & adustis. Et vt paucis dicam, fex illa sanguinis est colata a splene. Sapor eius inter dulce & ponticum medius est: diriuatq; ab epate: cuius vna portio mittit ad splen, altera relegatur ad singula membra. Qui ad splen dimanat, risum diminuit. Quo fit: vt qui eo humore inmodice abundant, parum rideant. Illorū caluariæ tā

& si durissimæ sunt, perquā facillime tamen offenduntur a gelu. Quin & hoc illis familiare est, quod in iuuēta plus sapiunt quā in posterioribus annis: senescunt autem quācitissime, præmatura adhuc ætate erumpunt illis cani, deflaccescunt capilli, tardiuscule irascūtur, verū semel prouocati acriter, nō desinūt citra cōuitia & verbera. Fere nihil probant earū rerū quæ ab vulgo laudata sunt, nō sinit enim hoc sanguinis malitia calore priuatus, preterea venæ illæ restrictæ, & sanguine vacuæ. Sed neq₃ coitum permittunt, nisi a mulieribus admodum impetantur & sollicitentur. Ossa habēt dura, corpus aridū, cutem asperam, quæ oīa corrupti ingenij indiciū sunt. Nam præterquā quod iudiciū illis est ad modū pingue & obtusum, etiam inmodice perciti inuidia sunt, rancore, tristitia, suspitionibus, impudentia, stoliditate, & si quid ijs excogitari potest malignius. Odiunt in hominū cœtu versari, amant secessus & vmbras, subducunt ab omnibus conuētibus se, pauitāt vbi timendū minime est. Obseruant somnia, quæ & contingunt illis semper verissima. Auaritia illis connata est. Inebriati, ac constituti inter musicen & vinū, lachrymantur. Neq₃ statim concredunt etiā ami

cissimis se, verum semper latens secum venenũ alunt in aliorum perniciem. Hæc generatim dicta sint.

De Saturno in natiuitate Melancholici male fortunato.

IAm sepissimæ complexioni pessimus planeta accesserit Saturnus omnia hæc mala conduplicat, & exaggerat. Facit facie distortũ & ineptum, discoloratum, tristem, timidum, desperatum, sordidum, obsoletum, varium, toruis & trucibus oculis, fetulento anhelitu, profundarum, & earũdem malignarum cogitationum sui sensus, sine fœdere, sine iugo, grauiter incedentem, ignauum, labijs spissis, scapulis carnosis, signatũ in pedibus vel calcaneo. Ex artificijs cerdonicam callentem, & si quæ sunt ex ijs viliora. Hoc de Saturno tantũ. Fit autem nõ raro, vt illi adsocietur & Mars idem ipse malignus, addit igitur ille malũ malo, ægritudines, timores, imposturas, rixas, sanguinẽ, calamitates, pericula, incestũ, stupra, impietatem idolatriam, prophanationem deorũ sanctorũ, & religionis. Neq; est quod leniri ista possint ab aliquo planeta. Si vero contigerit vt exclu

so Marte coeat cū Ioue, vel Venere Saturnus (id quod fit rarissime) excellenter ingeniū auget, & quarundā artiū inuentorē facit. Cū Luna, peritos molitores, & molendinorū constructores, item pontuū, nauiū, fontiū, aquæductuū, colonū quoqȝ & agriculam, architectū, e quibus & ditabit.

De Marte participante in Melancholico.

MArs autem si solus perhibeat testimoniū complexioni absqȝ Saturno, semp̄ facit calumniatorem, minaci vultu, mediocriter audacē signatū ī facie, lentū ītcuruū, fallacē, timidū, pcliuē ad furta, ad latrocinia, & quæcūqȝ damna īferēda pxīo, etiā nō nocēti se. In cuius domicilio si retrogradus fuerit Mercurius, aut impeditus melancholicum facit mente captū, vitia sectantem paterna, & paternis infectū moribus pessimis, vt si fatuos ille habeat parentes, aut aliunde male morigeratos, nullis neqȝ terroribus ab illorū poterit diuelli peruicatia & semel imbibita consuetudine.

De Mercurio in radice natiuitatis Melancholici.

De iuditio Complexiōis.

Mercurius in hac complexiōe si euersus fuerit, facit incredulum, male sibi conscium, literatū tamen, & vaniloquum, ardelionem & iactabūdum, maxime si quid proferendum ex literis est, aliud tamen semper in ore, aliud in corde habētem, alijs persuadere volentem quod ipse non credit, acutum persuasorem, scrutatorem multarum rerū, felicem quoq; in factis suis, male volentem tamen amicis & de se bene meritis. Saturnū si secum habuerit, facit peritum mēsurandi agros, vineas, campestria, doctum architecturam.

De Luna in radice natiuitatis Melancholici.

Luna si dominiū in Melācholico assumpserit, facit corpulentos, tenaces, sibijpsis placentes, crapulosos, auaros, anima mala, monachos, sed qui rarissime seruant institutum. Saturnum secum habens, osorem facit hominum. Martem vero susurratorem, & disseminatorem malorum. Mercuriū, congerronem, obstreperum, nugacem, instabilem, & aliorū interpolantem verba.

De Sanguinea Cōplexiōe.

Superest vt de Sanguinea disseramus complexione: quæ omniū censetur esse optima, atq; paucioribus cōtingit. Eius proprietates obiter hæ sunt. Vocem habent acutam Sāguinei, iuxta hylares sunt & læti. Cuius caussa est, cōmotio spirituū & sanguinis calidi, subtilis, promanantis a corde ad os & cætera mēbra exteriora. Vnde carnem habent mollē, vngues tenues, delectanturq; cantionibus, & ijs quæ extra se rapiunt ac ponunt animum, faciuntq; gestire. Salit enim in illis sanguis, neq; sinit aliud agere quā sanguis mouet: vnde neq; diu neq; multum irasci possunt, propter innatam temperiem. Neq; nocet illis coitus, propter abundantiam humoris spermatici.

De Saturno in natiuitate sanguinei malo.

Saturnus aut raro, aut nūquam sanguini participat, cū frigidꝰ sit atq; siccus Saturnus, sanguis vero calidus & humidus. Plurimū illi in suis effectibus sanguis aduersatur, raro etiā, propter nimiā caliditatē & siccitatē, Iupitē Venꝰ, & Mercu. illi familiares sunt.

De Ioue participante cũ Sanguineo.

IN primis Iupiter cũ dominiũ suscipit, candidũ reddit in corpore, & rubedine quadam faciẽ resplendescere facit, oculos non omnino nigros, dentes candentes facit & liberalem, mitem, pium, dilectum hominibus, cogitabundũ, prælatum, nobilem, splendidum spectatũ, tacitum, tranquillum, venustũ. Est tamen quo in loco positus sit. Nam si in natiuitate oriẽtalis fuerit, vincit in eo humiditas. Sin vero occiduus, formosiorem reddit & decorum nimis. Mars tãetsi perraro illi iungit̃, iunctus addit audaciã, nõ eã qua temere abutunt̃ Martiales, scilicet circumspectam & prudentẽ, qua cũ maxĩa tractabit, atq; ꝯstituet posteris suũ nomẽ factis suis egregijs & celeberrimis, maxime in persecutiõe malignantiũ & impiorum hominũ. Ita si Venerẽ habeat secũ, decorem decori, virtutẽ virtuti, venustatẽ venustati, prudentiam addit prudentiæ, quin & totum quod boni ab Ioue præstitũ est, polit, ornat, venũ exponit, vt magis ac magis placeat, deniq; vt nihil sit rerũ omniũ quod illi nõ donatũ videat̃.

De Mercurio in radice natiuitatis Sanguineorum.

NOn minus Mercurius alioqui indifferens, cum Joue tamen doctū facit, facundum, disertum, præconē consultorem, acri iudicio, studiosū, disciplinarum amatorem.



Pulchrum est humanæ filum nouisse figuræ,
Quid facies, vultus, mēbraq͡z tota notet.
Blād⁹ habet lachrias crocodili palpo, nec vnq͡z
Fallere te poterit, si legis istud opus.
Quā sequeris quācūq͡z artē prius inspice, si te
Naturę doceant semina prima tuæ.
M. S. L. Faciebat.

Quidā i epīs sunt q nimis solliciti sūt circa gregē suū/ ...

Euangelii

G b Discipuli aût eius esuriêtes: quia vt Marci.ij. dicitur: non habebant locû vescendi p[re] turbis, p[ro]pter nimiã i[m]portunitatê. d Ceperût vellere spicas [et] mandu[ca]re. Lucas.vj.a. addit: q[uod] cõfricabant manib[us]. Nota au[tem] apostoli litterã sabbati destruût: nõ solû paulus quê tã[quam] destructorê despiciût hebionite.

a tô: discip[u]li aût ei[us] êsuriêtes
b c d pêrût vellere spicas [et] mã[ducare]
e care. Phârisei aût vidê[ntes]
dixerût ei: Ecce discipuli
faciût q[uo]d non licet eis fac[ere]
f sabbati. At illê dixit eis:
legistis q[ui]d fecerit dauid
g esûrijt [et] q[ui] cû eo erãt: quõ[modo]
h trauit in dômû dei et pa[nes]
p[ro]positiõis comedit quos
licebat ei edere, neq[ue] his
cû eo erãt nisi solis sacer[doti]
i k bus: Aût nõ legistis in le[ge]
l q[uia] sabbâtis sacerdotes i[n] t[em]
m plo sabbatû violãt êt sine
n mine sunt: Dicõ autê vo[bis]
o q[uia] templo maior est hic.
p q autê sciretis quid est: mis[ericordiam]

Mystice ✱ Correbis p[ri]mitias fru
6.q.3.c. scriptû gû igne: [et] [con]fringes in
25.q.1.c. ideo morê farris.i. p[ri]mitiua opera tua bona charitate informabis: vel incipiêtes quos ad fi-
1.Reg.21.b. dem côuerteris. Et cô fringes.i. mola timoris conteres: vt palea inanisglorie et côcupiscentie exufflet. De mola spei et timoris Deut.xxiiij.b. Can[t].vj.d. Descendi i hortum nucû: id est ecclesiam, vt viderem poma côuallium.i. confessores: et inspicerê si floruissent vinee.i. p[re]dicatores: [et] germi-
Osee.6.c. nassêt mala punica.i. martyres. a Sabbato. Eccl.xxxviij. c. Sapientiã scribe in t[em]p[or]e vacuitatis: [et] qui minoratur actu sapientiã p[er]cipiet. c Esuriêtes. Prouer.xxvij.a. Aia esuriens etiam amarû pro dulci sumet. d Ceperût vellere [spi]cas. Sic eleuant a fra. Leuit.xxiij.b. Feretis manipulos spicarû primitias messis vestre ad sacerdotes: qui eleuat

Ruth.2.a. fasciculû coram domino. Ruth collegit spicas in agro b[ooz] post messores.i. i agro sacre scripture. j.Corinth.iij.b. [Neque] qui plantat neq[ue] q[ui] rigat ê aliq[ui]d: sed q[ui] incrementû dat de[us]. e Pharisei autê videntes dixerût ei: Ecce d[isci]puli tui faciût q[uo]d non licet eis facere sabbatis. [De] vinea v[e]l früge licet edere: sed falce nõ metere neq[ue] fora[s]

Moraliter re: Deut.xxiij.d. Moraliter: Hi sunt qui p[re]latos re[...]